

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Gerhard Gerling

**Prodromus Alter Operis Tripartiti, in gratiam Medicinae concinnati : exhibens
Contenta Partis Primae summariter descripta**

Rostochii: Schwiegerovius, 1702

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823324702>

Druck Freier  Zugang





81. c - 10.

Ma. - 3151. 1-2

PRODROMUS

Alter

OPERIS

TRIPARTITI,

in gratiam

MEDICINÆ

concinnati,

exhibens

Contenta Partis Primæ

summariter descripta

GERHARDO GERLINGIO,

Susat. Westphalo, Med. Doctore,

nunc, Practico Rostochiensi.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.

MDCCII.

PRÆ-NOBILISSIMIS, EXCELLENTISSI-
MIS AC EXPERIENTISSIMIS

DNN. BERNHARDO
BARNSTORFIO,

JOH. ERNESTO
SCHAPERO,

GEORGIO DE-
THARDINGIO;

ceu,

gratiosæ

FACULTATI MEDICÆ

Hic ad Varnum

Constituta:

Hæc Primitias

offert

AUTHOR.

TRIENNIIUM est quod excurrit, FALL.
 TORES HONORATISSIMI, quod me be-
 vole excepisti & in numerum vestro-
 rum Doctorum recepisti, concessa Licentia
 Hic Mea, que haberem communicanda, vivâ
 voce proponendi; unde consequenter, publicè
 affixa scedula aliquoties intimavi: quod, pre-
 fertim Artis Apollineæ Studiosos, Principia
 Hec omnibus Medicina partibus applicandi
 gratia, Institutiones docturus sim per quatuor
 Septimana Luges, atque, Mercurii die, di-
 flaturus theses secundum Principia Physica
 è Genesi deprompta, insuper quoque, seriâ
 hebdomadis ultimâ, Objectiones alicujus seu
 Opponentis auditurus; quibus bis duobus die-
 bus Alii pariter, Studium Medicum non
 profitentes, Medicinam tamen amantes,
 accedere poterunt, & si vel scribere non
 placerez, saltè audire atque videre XXIV.
 illas σχηματicas seu Delineationes, solidio-
 ris impressionis causa, rotidem diebus &
 septimanis proponendas, quibus Intellexus
 debet formari ad percipiendum iLiteralem Ge-
 neseos Macrocosmi sensum. Unde id, quod
 hactenus habitum fuit obscurum, fieri clarum
 patetique, quam propriis & appertinentibus
 loquendi formulis Primordia Natura in Hoc
 S. Scriptura apice sive frontispicio describas-

188,

tur, atque quantum inde Lucis fundatur per Physicam generalem aliasque Huic adberentes Disciplinas. Verum, Collatione erudienteque conversatione cuncta probabuntur, Et quæ bona visa fuerint, quinimò revera talia, retinebuntur Bonis: Interimque Nemini tentare nocebit.

Ulteriora, Materiam Historia literaria suppeditantia, quæ alias in prefamine conscribi solent, vide sis B. L. post Tractatum hujus Partis Prima quartum & ultimum, addita (hisce nempe hujus Summariis:) & scias, Primum Typis in 4to. excusum implere paginas 37. Secundum, buncce numerum continuare usque pag. 53. quibus juncta Phano mena tres paginas superaddunt.

Et consequenter III. Dissertatio Astronomica (prater συναρτησίας) propemodum 5. plagulas occupabit, atque IV. Collatio Exegetica 9. plagulis aut 72. paginis vix comprehendetur.

Hac vice, Palmaria Partis prima, aut posteriora quæ in èa occurrunt, summariter recensabo.

PARTE

(5)
PARTE igitur PRIMA
continentur

I.

Expositio ANALYTICA Capitis Primi GENESEOS;

ET quidem literalem Seⁿsum proseqvens *Exegeſis*, de plurium Authorum Suffragiis, aut Variarum Opinionum Collatione, haud solicita, unicam & simplicem Veritatem indagat, Ratione obediente, attamen liberâ, & Experientiâ comite.

Distingvitur (1) juxta Sex Creationis Dies (2) Textū Sacri Versibus (3) Verūm qvorundam membris,

De Opere Primi Diei agitur numeris 25.

De Secundi Diei Automato numeris 34.

Tertia Dies, propter insertam Objectionem & aliquam Digressionem, 71. numeris conficitur.

Qvartæ Diei 50. numerantur paragraphi.

Qvintus & Sextus unā comprehenduntur numerorum serie, qvæ 38. habet, qvorum undecimo incipit Opus ultimi Creationis Diei.

§.

Addita est Tabella *Nature Primordiorum*.

II.

MELETEMATA PHYSICA

qvorum.

I. De Natura, 7. thesibus constat.

II. De Formis per Motum existentibus, thesibus 8.

A 3

III. De

- III. De Formis per Quietem existentibus, thesib. 7.
 IV. De Formis per Motus & Quietis Principia ad Unum
 constituendum mixtis, thesibus 8.
 §. Ubi quæque de ALCALI & ACIDO à 9. usque
 20num seqventibus.
 V. De Mixtis motu excellentius præditis, eorumque for-
 mæ, thesibus 9.
 VI. De Mixtis, medio, inter Motum & Quietem, modo
 se habentibus, thesibus 10.
 VII. De Materiis formas hæc efficientibus, seu Motum
 & Quietem in Mixtis, per Vices multifariam Causan-
 tibus, thesibus 13.
 VIII. De Formalium harum qualitate in Animantibus,
 eiusque per accidentia notione, thesibus 29.
 IX. De Viventium (vel quasi) Longævitate, thesibus 13.
 X. De Materia Ultrâque formalí, præsertim de illâ,
 quæ est Primi Elementi thesibus 10.

De Altera, quæ Lucis est & Motum principiat,
 thesibus 6.

§. Phenomenon, secundum eruta Hæc Principia
 perpendicularorum, classis 1ma de Igne atque calore, num-
 eris 67. 2da de Meteoris, numm. 53. 3ia de Mineralibus,
 brevissimis duntaxat, quia de iis Parte IIda & IIIia hinc in-
 de tractandum veniet.

III.

DISSERTATIO ASTRO- NOMICA.

quæ proponitur

Opinio

Opinio Anti-Mosaica, aliis qvidem multis probabilis
vel plausibilis, Text. I.

Eadem examinatur & refutatur, Text. II.

Solis vera Magnitudo & Distantia concluditur, Texti-
bus III. IV. ***

Luna, Planetarumqve [Sole perpetuo superiorum]
ratio, V. VI. VII. VIII.

Inferiorum (aliquando) nempe, Veneris, IX, & Mer-
curii, X.

Solis *Materia* & Stellarum qualitas, XI, Lunæ, XII.

Aspectuum ratio, XIII. Denominatio, XIV. Epicrisis, XV.

Qvæ Planetarum analogia cum Metallis, XVI.

In Sole atqve Firmamento Miracula, tempore Josuæ,
XVII. Hiskiae, XVIII. ieqq. Tertium in Sole miracu-
lum, tempore Passionis Dominicæ, XXII.

Eclipsis Solis, anno 1684. $\frac{2}{12}$ Junii Visa, docet propor-
tionem Lunæ ad Solem, qvæ alia erat ac depicta fuerat,
XXVII. **

Altera, anno 1694. $\frac{12}{22}$ Junii Visa, monstrabat ductum
& digressum colurorum, XXVIII. XXIX. XXX.

Hinc Solsticii tempus disqviritur & difficultas qvædam
remanet, XXIX.

Tertia, anno 1699. $\frac{13}{23}$ Septemb. Visa, ceū priora, qvoad
proportionem Magnitudinis aut unitatem Distantiæ, As-
serta fermè refutans, XXXI.

Eclipsis Luna, anno 1682. 21. $\frac{11}{21}$ Februarii Visa, XXXI

Altera, anno 1695. $\frac{10}{20}$ Novembr. Visa, circa Positi-
vum umbræ terrestris qvippiam admonebat, XXXIII.

Tertia, anno 1701. 22. Februarii admonens qvædam

circa Lunæ Motum & porrò iatisfaciens Qvæstionij? an
Hæcce moveatur circa proprium centrum? XXXIV.

Iterata calculatio, ad præced. Text. 21. XXXV.

Prolixior calculi deductio per modos arithmeticos,
XXXVI.

Allegata Relationum de Cometâ, annis 80. 81. Viso,
XXXVII.

Differitur de rationibus propter quas Stylus uterque
Calendarii in unum coaluerit, Novusque solus obtinerit.
XXXVIII.

§. Huic *Dissertationi Astronomicæ* adduntur, ob
ocularem demonstrationem, Tabellæ seu *Figure*; qua-
rum primâ, adumbratur Solis Magnitudo, indicio * Epi-
cyclorum Saturni, Jovis & Martis per Umbram Terræ
demonstrabilis: secundâ, Veneris Amphicyclus, itemque
Mercurii; ac utriusque Planetae Varii Epicycli: tertiatâ, de-
lineatur Eclipsis Solis anno 1684. Vifa, Qvarta Tabula,
quatuor figuris totuplices dicti Cometæ (sub finem anni
1680. & initium 1681. qvi visus fuit) apparentias sifflit.

IV.

COLLATIO EXEGETICA,

Auctoritatum, Rationum aliorumque
S. Scripturæ Locorum

qvâ,

fuse iterando, repetitur.

[*Nota*, Ea, quæ, Principia, è sacro Fonte eruta, præprimis secun-
dant; pro majore vel minore Emphasi *. **. ***, asterismis
notata esse.]

Sectione I^{mā} **O**pinionum varietas circa Solis Magni-
tudinem, Textu I.

Certa

Certa qvædam examinatur, V. seqq.

Propria remonstratur, IX. seq.

Æstimatur secùs sentientis ratio & causa rationis , ex allegatis magni nominis Astronomi verbis , XI. seqq.

Profertur Digressionum sive Retrogradationum , in Planetis superioribus observabilium, evidens ratio *XIV. seq.

Ibidemqve , perdubie allegata Astronomorum , nimisqvam inter se discrepantium , de magnitudine aliorum Planetarum Sententia , XV. seq.

Qvam indignè & dissolnè ipsa Luna reputetur nimis parva , XV. XVI. XVII.

Nostra Sententia , ipsi Genesi consona ac Rationi haud absconsa , repetitur , XVIII.

Nostræ remonstrationi applicatur Conjunctione Saturni & Jovis , qvæ anno 1683. contigit , XIX.

Citatur aspectuum ratio in observatione Microcosmica , XX. Ulterius deedidit , XXI.

Expenditur Ratio , pro Magnificatione Solis , Planatarum , conseqenter & aliorum (exceptâ Lunâ) sublimum , allegari solita XXII.

II. **C**onferuntur (Sectione secunda) Alia , etiamqve Majorum nostrorum credula nimis persvasio , II.

III. IV. (hodieqve nonnullorum , Sectione 9. text. 7.)

Utpote Qvi perfunctoriè saltē Hancce Genesios Relationem legerunt , ceu ad magis necessaria properantes & adminiculo Philosophiæ Aristotelicæ Textum explicantes , V.

Qui verò nunc , agnito Tenebrarum Positivo , suppetentibus Principiis , intelligi potest & præsenti iphius Macrocosmi Constitutioni applicari , VI.

Indèque perceptus Sensus aliis S. Scripturæ locis accommodari , VII.

Qvoad nomen **Himmel** / VIII. **Wolke** / IX. cuius qvæ partes , X. Nomina. XI. duplex acceptio , uti & Cœli XII.

Qvoad nomen **Finsternis** / XIII. Hujus alia acceptio XIV. XV. XVII. Alia adhuc , juxta Lib. Sap. cap. 17. v 14. 16. 21. XV.

Ubi Positivum quid subinnuitur * Idem ex alio loco XVII. Conferuntur Loca Hiobi , XIX. XX.

*** Nomen **Eleph** / sumptum substantivè , XXI. adjectivè , XXII. XXIII. Illud qvatenus conveniat cum Materiâ tenebrarum , unà cum connotatione Loci * ad centrum propioris, intellectuarum , XXIV.

Advertitur nomen Hebræum , XXV. desideratur Germanicum , XXXIV.

Hujus Substantivi textibus 21. & 24. notati divisio , XXV. partiumqve ejus translocatio ab invicem remotissima , XXV. XXXIII.

Hujus Materiæ utrobiqve Uſus , ibid. nimirūm in Terra , XXX. XXXI. XXXII. In cœlo , ejusdem Materiæ , sed ad æthereum alteratæ , Uſus ex parte idem , isqve activè talis , sectione 7ma text. 20. 21. 23. ex parte planè diversus ubi Æther non activè sed obedientialiter se habet , sectione 5ta text. I. 2. 3.

III. Praeter dictum Uſum hujus Materiæ in pristino Statu ad imum relictæ , cœli ad Formam Macrocosmi maximè contribuentis , alia adhuc utilitas colligitur è Deut. cap. 33. v. 13. & (18) Ezech. cap. 31. v. 4. I. Confertur ob vim hujus Materiæ figentem , & aëreas partes in aqveas cogentem , singularis qvædam Arbor in unâ Canariæ Insulâ de Ferro appellatâ , II. Ali.

Alius adhuc usus est, qvòd hæc Materia Divinæ Justitiae inservire possit pro instrumento pœnæ, *III. VII.*

Notatur Anagrammatica fermè convenientia vocularum **תְּנֵבָרָה** *tenebrae* & **אַתֶּה בָּרוּךְ** *ether* collatis pariter aliis Scripturæ locis, *III. (6)*

Ex hâc Materiâ, Verùm ad Expansum alteratâ, & iterum densando retendente, deducitur Frigus, *IV. i.* sicut Calor, à Materiâ huic contraria, ibid. 2.

Densationis per modum generatur ignis, & pro maiore illius gradu vehementius ardet Hic, *V.*

Intelliguntur juxtim & alia S. Scripturæ loca, *VI. VII.*

Posthabitum autem harum & affiniū vocularum significationibus, iisqve in proprio Geneseos sensu acceptis, differentia tenenda est inter *Tenebras* & *Abyssum*, **תְּנֵבָרָה** *Physicus* assumit inter sua Principia, *Abyssum* non intelligit, *VIII.*

Adhuc, occasione Dicti **Habacuc** cap. 3. v. 10 memoratur tenebrarum Ætherisqve materia pro Medio auditus inserviens, *VIII. 5. 6. 7.*

Eadem alterata, attamen loca sub Terris olim inania nunc replens, in memoriam revocatur ad locum Ezechiel, cap. 21. v. 15. *IX.*

IV. Partem autem tenebrarum essentialiter mutant quod attinet, cuius anteà aliquoties mentione facta fuit, est hæc Pars Mundi Ætherea, *I.*

In hâc qvæ Miracula porrò intelligantur, nempe, siquidem Physico liceat à Naturæ abstrusis ad arcana fidei transcendere, præsertim &c, ut fidem mereantur Aqvæ *Supra-calestes*, confertur & Ratione obedienti expenditur, quod legitur de fisso seu aperto Firmamento, Matth. 3. v. 16, Marc. 1. v. 10. *II. III. IV. V.*

Eæ-

Eædem Aquae, ipsi Firmamento, circa axem hujusque utrumque extreum sive Polos revoluto, incumbentes inculcantur, VI.

Attentaque sub obedientiâ Fidei Ratio (in Articulo Creationis) informatur porrò de Aqvis ceu gravibus Firmamenti convexo incumbentibus, per distinctionem inter Centrum Tendentiae & Centrum Gravitatis, VII.

Quid, quod Motum vel Stagnationem, de hisce Aqvís possit aut non possit prædicari, VIII.

Et, cur Circumvolutionem Firmamenti causent, nimurum (prout loquitur Cic. I. Tuscul, qvæst. columnâ mihi 179. lit. E.) CÆLI CONVERSIONIS CELERITATEM TANTAM QVANTAM * COGITARE NON POSSUMUS, VIII. 10. 13.

Decernitur: Non licere Physico quà Physico, ultius cogitationibus suis ascendere, sed porrò rem confici à Theologis, IX.

V. Sectione quintâ differitur & confertur adhuc de Miraculis, antea in *Dissertatione Astronomicâ*, text. 17. seqq. parili ratione expensis; De Josuano, I. II. III. IV. De altero Miraculo, in Sole præsertim, & Firmamento, quod contigit tempore Hiskiae, V. Diversi quiipiam habet Tertium, quod in Sole duntaxat, non pariter Firmamento, intelligitur Miraculum, tempore Passionis Christi, VI. VII.

Hæc tria Miracula porrò inter se conferuntur, VIII.

Quid propter hæcce Miracula de Eclipses præser-tim Solariu*m* Prædictionib*s* tenendum, IX. qværitatur, Atque Discursu probabili respondetur, X.

VI. Hæc omnia ita concepta fuerunt, ut concordent Relationi Mosaicæ; indeque, pro Existentiâ A-qva-

qvarum Supra - Cœlestium denuo inspicitur Textus
Originalis , I.

Diversitas Lucis & ministerium Contrarii , Deut. 5.

v. 22. seqq. II.

Modificatio Lucis in Experimentis circa Æs, in fulmine , III.

Exponitur necessitas Rationem instruendi ad ita statuendum de Macrocosmi Systemate , de Motu , de Quietate , IV.

Quem in finem *Dissertatio Astronomica conscripta*
suerit , V.

Testimonium Mosaicum de Constitutione Rerum profundissimarum & altissimarum adeoque sensibus non assequendarum , Rationi pariter comprehensibile , prævalet Omnibus aliis sive Hypothesibus sive Opinionibus , VI.

Hinc Systema Mundi , ratione Motus & Quietis , Motus quidem (qvinitio utriusque) in variis corporibus sive Materiis diversi , summariter repetitur , VII.

Et , necessitas statuendi certam magnitudinem atque (à Terræ centro) Distantiam , præfertim Solis , deinde Lunæ , Stellarum fixarum ipsiusque Firmamenti , VIII

VII. A nta Operis , initium , Progressus , rationes dubitandi , decidendi , per totam hanc Sectionem iteratò exponuntur , I.

nempe , Opinionum Diversitas , II. III.

Qvoad Terminum à quo & ad quem ; Stellarum motus directi , videlicet Mercurii , nunc (erat anno 1697.)

$\frac{14}{24}$ Octobr. retrogradi & $\frac{24}{3}$ Octob. Nov. in Sole videndi ,

tandem $\frac{30}{9}$ & $\frac{31}{10}$ Octob. in aurorâ conspicendi , IV.

Ubi

Ubi conjiciuntur Termini Motus à quo & ad quem, inverlo ordine, à quodam Calendariographo descripti: ideoque sub ipse, hocce assertum ex libro Naturæ refutandi, desiderata fuerunt Observatoriorum sive Specularum Observata.

Interim tamen, Secundū Systema Mundi probè fundatum, atque deductum hactenus Motum Lucis, probabilius reputatur, quod contrariis tunc & alio tempore veniat terminis ipse Mercurius, atque, post suam cum Sole conjunctionem, non manè sed Vesperè conspicendus siet, *V. 5. 6.*

Idque, agnito Cœli Motu, singulis 24. horis circumvoluto ab Ortu ad Occulum, *VI.*

Vicissim autem Stellarum & Luminarium Motu contrario & distinctissimis temporum intervallis quoad circulum absolvendo, nimis à vespere ad mane, sive ab Occidente ad Ortum &c. *VII.*

** In explorandâ Solis Magnitudine, *VIII.* Astrolabijs & Tubis nihil aliud inquiri potest, quam quod Sol occupet vel æquum dimidium Circuli (Eclipticæ) gradum, *IX.* modo mihi descripto, *X.*

Et sola Logica, uno medio termino, Certum de Magnitudine Maximi: hujus Luminaris concludere non potest, sed Analytica ad plura respiciens, aliquid valet determinare, *XI.*

Retrospicitur ad rudimentum primi Creationis Diei, *XII.* conjecturando, cur Nomenclatura Terminorum Motus, ipsius saltē Lucis, retineatur, *XIII.* etiam post secundum diem, *XIV.*

Cur ibidem non fiat mentio Motus Cœli, *XIV. 3.*

Stellæ non positæ sunt in Firmamento, ut celerrime pro-

progradientes moverentur, sed, ut lucerent &, Motu suo proprio, constituerent tempora, menses & annos, *XV.*

Triplex Solis Motus explicatur, *XVI.*

De Lunæ Motu admodum circumspicè concludendum, isqve insitis Lucis globulis, cù ca sua centra motis, attribuitur, *XVII.*

Perqve Motum utriusqve Luminaris proprium, ceu unum, definiuntur menses & anni, sed per alium Motum à Cælo ipsi Soli (Lunæ alijsqve Astris) communicatum & hominibus magis perceptibiliter præsentatum, constituuntur Dies, *XVIII.* 18. seqq.

Rotunditas cæli seu Firmamenti concluditur, *XVIII.*

Et, in puncta (vel loca hujus Sphæræ) opposita prostantes Poli, qvorum utriusqve Diameter, in Superficie Globi Terraquei reperitur 300. Milliarium germ. *XIX.*, intelliguntur, Empedocle termino, partes. Etheræ profundissimè in Terrâ radicata, *XX.*

Polipropterea sunt immobiles (indè nimirum) qvòd radicetenus, in profundo Terræ, constant è Tenebris Primigeniis, Luciqve, qvoad Materiam, omniqve mobili, qvoad Formam, penitus contrariis & Validissimè obstantibus, *XXI.*

Axis consimilis, v. g. Eclipticæ & Solaris (Orbis) qvoad Motum circuitūs, tantà soliditate non potest adstrui, *XXII.*

Propter verò illos Mundi Polos, Cælum, tanquam invariatae perpetuò distantiae & situationis permanens, eo respectu aliquando dicitur & intelligitur (excludendo duntaxat Motum localem, non autem circuitūs circa proprium centrum) immobile, *XXII.*

Concluditur hicce Discursus Emphasi ac Hymno P. 148. v. 4. & 7. *XXIV.* VIII,

VIII. Exegesi, in Vernacula, finitâ (Sectione hâc 8vâ) distinctiùs perqviritur de Luce in Terræ matricibus relictâ, de Luce in Stellas dispositâ, I.

Allegatur Obiectio: Lucis intrâ Terram absconditæ, tenebrarum in Cœlum verlarum, Terræ qvòque in Cœlo (putâ, in Lunam) positæ, II. 1.---7.

Conferuntur Eclipses Lunares visæ annis 1682. ¹¹ Februarii & 1695. ¹⁰ Novemb.

Et, & cur Lunæ talem compositionem, qvoad Matriam (qvoad Formam verò Simplicitatem) agnoscamus, rationes adducuntur, II.

Nec non, qvoad Firmamentum, Qvædam è textu Originali dispiciuntur, IV.

Conferuntur alia loca è Psalmis, qvibus innuitur peculiaris ipsius Solis concameratio, veluti thronus, V.

Tabernaculum ipsi Soli, in tractu Lucis, positum, VI. 6.

Ratione Articuli seu præfixi adhuc nonnulla ;tandem concluditur: Naturæ Librum facilitare explicationem Locorum Scripturæ de Magnalibus Physicis referentium, VII.

IX. Sectione nonâ continentur varia qvæsi Paralipomena, utpote:

Allegatum de Experienciâ Metalli-fodinali, I.

Contraria qvæ apparent nostris Assertionibus, nempe, inversus Zodiacorum ordo, II.

Ventilatur Qvæstio de Possibilitate mensurationis Terræ, Solis, Firmamenti, III.

Idem exactiùs inqviritur qvoad Firmamentum, IV.

Ratio, propter qvam Hoc & non aliud Mundi Systema statui debeat, proponitur, V.

Inter

Inter Circulos etiam repetitur de Coluris, VI.

Absurda videntur & maximè dissentanea reperiuntur,
qvæ, propter præsuppositam Solis Magnitudinem, de al-
titudine Firmamenti, apud pià intentione Credulos, le-
guntur, VII.

respice scđt. e. text. 3. 4. 5.

Contra inversum Zodiaci Signorum ordinem, trium
Planetarum superiorum retrogradatio attenditur, VIII.

Inferiorum pariter, nempe, Veneris Amphicycli &
Epicyclorum subnectitur ratio & demonstratio, IX.

X. **Æ**ther seu Materia Firmamenti, secundum
exposita Principia declaratur, I.

Ab Æthere cœli medio differt utrinque à Sole remo-
tior & polaris, non essentialiter (uti Æther Analyticorum
vulgò sic dictus, ab æthere radicali sive tenebris) sed acci-
dentaliter juxta certas qualitates, duritatem scilicet aut ri-
giditatem atque mollitatem, II.

Hinc, partes mobiles mollesque in striatas ac rigidas
mutatae (quod invisibili contactu facile fieri potest) quod
vergant & quomodo contribuant ad proprietatem Ma-
gnetiæ, III.

Alter propè- & supra-solaris Æther, est analogus illi
materiæ, qvæ, in lapides pretiosos & margaritas concre-
ta magni æstimatur, IV.

Mobilis etiam est ille, qui terræ cavernis & cryptis indi-
tus reputatur; atque hic Æther subterraneus cum Æthere
radicali non est confundendus, V.

Ordinariè tamen Æther, absolutè ac simpliciter ita di-
ctus, replet Spatiū, quod est inter Globi Terrauei Su-
perficiem ac extremum Firmamenti Concavum; infrà
Lunam quidem aëreis ex aqua, & terrestris generis parti-
culis (globulis verò Lucis ubique) Sociatus, VI.

B

Inque

Inque hoc tanto Spatio , non duntaxat habet Motum cum Cælo Circularem , sed quòdque alium à Ventis , qvini , Ipse met ad rigiditatem ac deorsum tendentiam alteratus , Ventos efficit ; item , partes ejus Calore sursum Vertuntur , exqve Terrâ & Aqvis proliuntur : iterum verò , Sole decliviore , vel aliâ anlâ , in Terram retendentes Frigus efficiunt , VII.

Hinc Cæli natura plurimum patet , hujusque Materiæ nequaquam est Elementum aqveum , VIII.

Cœlum quandoquidem , ratione materiæ , Identitatem Essentiæ (remotæ scilicet ac primæ) habet cum Tenebris ; queritur , an hinc mutua compassio Terrestrium ? IX. An interiora Terræ cicantur Astris ? X.

Quid de Præagiis , qvæ inscribi solent Calendariis , XI. ubi ad specialia descendit.

An Planetarum Retrogradatio sit causa Frigoris tanto intenſioris , XII.

Cœlestium Siderum Collatio ad Microcosmum , XIII.

Metamorphosis in Aëre , certo anni tempore contingens , XIV.

XI. *S*ectione Undecimā Conferuntur nonnulla ex Aristotele , qvilibet . 2. de Cælo cap. 4. & 5. pag. 733. E. F. Svadet , videre oportere causam dicendi , an humano modo se habeat , an validius : & quasi compromittit , se gratiam habiturum illi , qvi certiores necessitates fuerit affecutus .

Mundum æternum dixit Ales propter regularem , continuam & Sempiternam Cæli lationem (explicante Cicerone , lib. 1 Tuscul. qvæst. p. 175. D.) lib. 2. de cælo . 4. p. 632. E. qvâ Velocissimè circulariter movetur ; adeòqve , cum pluribus ambulans , à Platone le dissociat , affirmans : tempus nunquam incipere potuisse , lib. 8. Physic. 1. p. 566. A. B. II. , 1. 2

Ciceron

Cicero, i. *Tusc. quaest.* p. 178. D. 180. B. utri, an Platonem
an verò Aristotelē videatur ad stipulari, II. 3. 4. seqq.

Convenientius autem opinatur Ales de iis quæ extra
Cælum sunt, lib. i. *de celo.* 9. p. 116. C. & 117. B. C. D. III.

Epicurei & Stoici acriter pungunt Platonem, apud Ci-
ceronem, i. *de nat.* Deor. p. 275. C. IV. 1. 2. 3. Illos au-
tem sequens Plinius, æternum & immensum Mundum
vehementer asseverans, ansam dat innumeris opinionibus,
in ulteriores errores ducentibus, IV. 5. 8.

Quatenus aliquid ratione diversa quiescat & moveatur,
quando in domesticum translatum fuerit locum, vel inde
dimotum, lib. i. *de celo.* 9. p. 617. D. E. V.

Quid mundi nomine Ali i. *Meteor.* 2. p. 730. E. VI. 1.
quid nobis, & addendus Æther, VI. 2. qui ab ipso quoque
Ate additur, lib. de Mundo, cap. 3. p. 1205. E. F. & Cæli sub-
stantiam constitutere dicitur, ibid. p. 1202. E. ex cælo autem
ex Terrâ Mundi compagem esse coagmentatam, ibid. cap.
2. init. VI. 3. 4. Qvod autem seq. cap. 3. p. 731. B. C.
Terra quibusdam Astris minor esse dicitur, non vide-
tur verisimile; equidem, non pluribus sed uno
saltē Sole minorem agnoscimus Terræ molem, etiam
scorsim ab aquis intellectam, VI. 5.

Exponitur Facultas, quam, in quiescendo, Terræ inesse
oportet, lib. de animalium motione cap. 3. unde Atlas, id
est, Poli, VII. Atque hinc confirmatur vulgata Sen-
tentia, quæ legitur apud Atem lib. de Mundo cap. 2. p. 1203.
C.D. VII. 5.

Terræ Nigrum inesse, quin imò ignem primum, nigrum
fuisse, legitur lib. 2. de generat. & corrupt. cap. 5. p. 718.
D. VIII.

Quomodo, juxta seq. cap. 6. p. 719. F. Terra augeat ge-
nus suum, æthera autem æther, IX.

Allegatur ab ipso Ales (*ibid.* p. 720. F.) **Dicitum Empedoclis,** quod ignis terra in existens natus sit sursum ferri, ether autem longis juxta terram demittatur radibus. Hic Æther, quatenus superiora Mundi loca replet, ibique, ab igne seu Luce præprimis venit discernendus, in circulum fertur, dicitur primum Elementum, i. meteore. *Cap. 1. 2. p. 730. A. 731. D. E. 733. C. X.*

Qvomodo Æther sibi quietam teneat Terram sit qvæque primum qvod movet mundum, XI.

Empedocles item, (prout Ales transcriptis) memorat duo contraria, ignem nempe ac Ætherem olim in lito posita, nunc in amicitia: alio respectu, nunc in lito prius in amicitia, XII.

An & quatenus Res, per Terminum *materia primi Elementi* nobis intellecta, ex Ales possit intelligi, apud quem, Terra non legitur primum Elementum (sed Æther, cuius radix & primigenium in Terra existit) *xatā vīp diārīas* autem indè intelligitur, XIII.

Terra, dicta, nostris autem è Principiis evidentiis deducta, ratione, primum elementum audit nobis: Aristoteli verò, aliud, qvod latum fuit sursum, & in expansum qvod fuit transformatum, præstantius, utputa Æther, ab aëre atque igne diversus, nomine primi elementi venit, locis *text. 10. citatis.* In hoc Æthere, aliorumque Elementorum ipsiusque Terræ portione aliquā ad rārum alteratā, *vīp* expansi conditio expendit, juxta *4. Phys. 7. p. 501. B. C. XIV.*

Contra Anaxagoram, qui statuit, unum durtaxat esse Principium, nempe ignem; indè qvod ignis non semper tendat sursum: mavult Aristoteles cum Empedocle alterum priori contrarium admittere, cuius vi, in diversam abri-

abripiatur tendentiam, 8. Phys. i. p. 566. F. & 567. A. B.
C. XV.

Juxta Naturam, 2. Physic. i. p. 858. C. D. & g. Physic.
3. p. 569. E. descriptam, contingit: Qvædam perpetuò
moveri, qvædam perpetuò quiescere, qvædam ab utroq;
participare, 8. Phys. 6. per se om.

Terra cum Polis semper quiescit, Cœlum itemque or-
natus ejus, semper moveatur; ~~καὶ τὸ κίνητον~~: Hunc
verò constituentia Corpora, exempli gratiā, Sol, move-
tur πρῶτος μὴ κατὰ συμβεβηκός adestque Stellis ac Lu-
minaribus, præsertim autem Huic, Principium Motus: ad
Cœli verò Motum concausant Aqvæ Supra-Cælestes, &
hicce, supra Naturæ causas, præst ~~πρῶτον τὸν ἀκίνητον,~~
~~αὐτὸν ὅτι,~~ 8. Phys. 5. in fin. & 6. init. p. 579. B. C. D. Con-
fertur item i. de celo 9. p. 616. & 4. Phys. 5. p. 498. A.
XV. 2. seqq.

Cœli polorum radicem esse in Terrâ, XVI. Cur au-
tem Cœlum non moveatur ab Occasu ad Ortum XVI. 2.

De Terrâ, Variæ opiniones, qvoad situm, figuram, XVI.
7. 8. seqq.

Circulatio aqvæ ex Originibus fluviorum per Mare,
XVII.

Omnia invicem perforata esse sub Terrâ, Principium
autem omnium esse fontem Aqvârum & vocari Tarta-
rum (sic alii dicunt, non ipse Ales) 2. Meteorol. 2. p. 762.
E. F. p. 763. A. B. C. & Problem. sect. 23. quest. 15. p. 971.
D. XVII. 5.

Hinc de causâ fluxus & refluxus Maris, XVII.

Qvò & allegandum è Problem. sect. 23. quest. 4. XVII. 7.

Indè generationis Principium, Motus verò Principium
desuper, XVIII. 1. 2.

Perfectio istius, qvod sursum tendit est latio circularis

XVIII. 4. Unde Ventus, XVIII. 2. Unde Terræ-Motus, XVIII. 5. 6.

De Meteoris agens Ales nominat ἐνεργεῖα; cur in frigido aëre guttae majores, XIX. 1.

Frigus accidere propterea, qvod exhalatio intrò veratur, Meteorol. 8. p. 783. D. XIX. 2.

Qvomodo intelligendum qvod dicit: ex igne atque glacie nihil generari: qvid $\pi\mu\gamma\tau\alpha\theta\alpha$ circa nubes, XIX. 3.

An nubis pars continens è particulis glaciei generetur, XIX. 4. 5.

Decuisse omnia determinare figuris, aut nihil, lib. 3. de celo, Cap. 8. p. 670. C. Unde accidat parvitatem & magnitudine differre Calidum & Frigidum, non autem figuris XX. 3.

Circa Mixta, quid à $\pi\mu\gamma\tau\alpha\theta\alpha$, φύσις τοις αλλοῖς, 8. Phys. 9. p. 592 E. F. & 593. A. XX. 1.

Qvid de atomis, 8. Phys. 9. p. 592 E. XX. 2. sciendum igitur, Nos nullius elementi concedere atomos præterquam ipsius ignis, eò qvòd globulus lucis sit paucissima pars materiæ, qvia expansa, & ideo in tantillam minimitudinem concentrabilis, unde Calor, XX. 4, ita, à particulis ætheris ad densum redeuntibus, Frigus, XX. 4.

Qvomodo τὸ ἀδιάίρετον, indivisibile, sumatur ab Ale. Meteorolog. 6. p. 739. E. XX. 5.

An anima, quam Democritus ignem qvendam dicit, sit id, qvod præstat animalibus motum. XXI.

Abrumpitur, & aliorum Veterum Sententias conferre differtur; mentio saltē fit τῆς ἀρχαῖας γένεως ab Hippocrate lib. de Septimētri partu, I. 2. nominatæ.

XII. Dēmū Sectione 12ma Confertur ipsius Cartesii Modus Philosophandi circa Naturalia.
Præ-

Præmissâ distinctione Aristotelis 2. Phys. 2. inter Mathematicum & naturalem Philosophum, I.

Æstimatur liberum & nobile Ingenium, præsertim aurea Confessio extans Principior. Philos. part. 2. art. 76. II.

Considerantur ejus verba, Dioptric, art. 9. p. 75. quibus fatetur: corpora dari, que, dum Luminis radis percutiuntur, eosdem suffocant & omnem illorum robur frangunt, & Hæc sunt (pergit Cartesius) quæ nigra appellamus, nullum nisi communem cum Tenebris colorem habentia, III,

Quid porrò Ipse Statuat de Lumine, Luce, horumque affinibus, puta, Igne atque Calore; ex quibus constent & sub quâ modificatione mutentur, vide Text. IX.

Quid qvoad Terram, Nobis cum Ipsi conveniat, quid minus; item, qvòd Nigrum illud Tenebras, & Luminis radios, Lucis materiam, imò, perfectè formatae partes, statuamus, habetur in Dissertatione Astronomicâ & alibi pañim, vide , inter alia, hujus Collationis Section. 2. Text. 2. 4. 25. 30. Section. 3. Text. 4. 5. Sect. 4. Text. 8. Sect. 6. Text. 6. Sect. 7. Text. 16. 18. 20. 21. 23. Sect. 10. Text. 3. 7. etiamque hic. V. & infra Text. X.

Quid ratione corporum è Lucè constantium, de Horum, præsertim ipsius Solis, conferendo Dioptrices cap. 6. art. 9. 13. 14. Distantiâ, qvinimò maximi hujus Luminaris Magnitudine [juxta Dioptr. cap. 7. art. & Hisce artificio- sis, propter cap. 7. aartie. XI. diffidentes] ad longè plura, qvin ad Omnia, huc facientia attendentes, æstimemus; allegatum vide Text. IV.

Doctrinæ Istius de Visu, qvæsi Hicce fiat per modum Cameræ obscuræ, & qvòd inversæ species prohibeantur propter decussationem radiorum, Nos Lucem internam addimus, VII, & infra X. 6,

Et, ad Modos Dioptr. cap. 7. art. 17. atque cap. 9. art. 6.
circa medium & sub finem recensitos, repetimus: globu-
los Lucis minorari, & inde periculum unctionis existere,
VIII. 4. applicandum Textui XII. num. 7.

Cartesius *Polos* rebus minoribus & vilioribus, item
artificialibus attribuit Dioptr. cap. 10. art. 5. 6. pag. 189.
& 195. in fin. atque, partes lineæ polaris vorticem aliquem
sive æthereo-liquidum, sive Magnetico-solidum, trans-
entes moveri statuit, & rectâ à termino hōc ad alium, &
hinc vicissim ad priorem redire: Nos contrâ, negamus,
partem in meditullio axis constitutam unquam à centro
ferri ad extremum, circumferentia sphærica proximum,
nec vicissim, VIII.

Magnets directionem, tum ad Ferrum sibi affigen-
dum, tum ad acum, in æquilibrio, constitutam, versus
Mundi Polum arcticum vertendam, non agnoscamus, ef-
fici à transeuntibus particulis, sed ab iisdem fixis in Lapi-
de contentis striatis, æthereas per aërem præsentes ad
consimilem rigiditatem alterantibus, itemqve, his ad po-
larem tractum (quasi hunc aucturis) collabentibus seu
unâ contendentibus, VIII. 8.

C. de Meteoris, retinens pristinam suam Opinionem:
materiam non differre nisi ratione Figuræ & Motū, vix
nexū concinnitatem sibi retinet, dum ponit: Materiam
subtilem à certo Cæli loco provenientem Frigus efficere;
Cum anteā dissenseret, Calorem omnem eidem (Ma-
teria subtili, ni fallor & semper, adeoque nequaquam
caloris contrarium) acceptum esse referendum, IX. 8.

Cumqve, in Meditatione tertia, Frigus intuitu ideæ, dixi-
set positivum quid, quale si non sit, tunc ideam istam su-
am materialiter falsam esse: quod ipsum quidem, ceu
Cogitationis fundamentum valde ruinosum, arguitur in

Ob.

Objectionibus quartis; ad quas Responsonibus suis, p. 127. 128.
qualitercumque & aliqua cum distinctione respondens,
*Hasce de Frigore atque Calore ideas inter Obscuras rece-
 let, IX. 9.*

Verum, dicet quis, propter dubium *preced. num. 8.*
 citatum, mentem ipsius C. expositurus, quod Materia
 subtilis, si feratur juxta lineam rectam, efficiat Frigus,
 Eadem in circulum lata, Calorem: contra ostendo, flan-
 mulæ partes, tubulo ad frustum aeris, juxta lineam rectam,
 afflatas, indè liquare argentum, Caloremque, per mo-
 tum istum recti linearem, exercere majorem, quam facit
 flamma proximè admota, in qua circulariter & in orbem
 feruntur ignis partes. Unde urgendum videtur &c, juxta
 rei veritatem, statuendum: id, quod, rectilineariter motum,
 efficit Frigus, esse materialiter diversum ab illa materia,
 quæ, sive circulariter sive rectilineariter mota, efficit calo-
 rem, IX. 11. 12.

Notandum autem, quod *Meteor. I. art. 7.* ait: *frigus*
tangi, si fibrilla remissius agitantur, calorem sentiri, si in-
tensius, sive ab hac materiâ subtili, sive NB. ab alia causâ:

Hanc aliam causam, eamque à Materiâ subtili, cœu
 Caloris efficiente, materialiter diversam nunc ad inven-
 mus in **Positivo Tenebrarum**, exque Parte Harum
 formato Æthere, IX. 10.

Et propter Hunc, *idea Frigoris* non amplius dicenda
 erit materialiter falsa, nec obscura, sed, per Tenebrarum
 scopè de duam distinctionem, apprimè clara, IX. 13.

Hoc Æthere mediante, partibus ejus per ærem di-
 spersis & Cæli (tanquam ex eadem formatâ ipsius mate-
 riâ constantis) Motui obliquentibus, Aëris ordinarius &
 naturalis curlus est (uti quodque Noster agnoscit *Meteor.*
4. art. 4. & cap. 5. art. 9. atque passim alibi) ab Oriente
 ad Occidentem, IX. 14.

B 5

Est

Estque pars allegata hujus ratio ab Ethniciis quodque perspecta; Cujus Coelum motus rationem porrò quæsitam vide *Sect. præced. Textu 17o* etiamque à nobis professam X. 3.

De Meteoris differens C. pristinos suos terminos non ita frequenter repetit, sed alios, quos tamen anteā non exposuerat, assumit; exempli gratia, suam primi Elementi materiam seu subtilem nunquam descriperat sphærulas seu globulos, quin potius illam à Materiâ secundi elementi, cù ē globulis cælestibus (æthereis) constante [Alii globulos Lucis vocitabant] distinguit: Hic verò cap. 8vo artic. 6. init. Materiam subtilem dicit talem, cuius partes, tanquam exiguae sphærulae, per poros corporum terrestrium devolvantur, &c. art. 7. rotationem particularum materiæ subtilis nuncupat, X. 10. seqq.

Quæ sanè quis de globulis cælestibus intelligeret; Coelum autem tenebrosum legitur, Meteor. 9. art. 2. juxtaque Nos, ex materiâ tenebrarum, ad Expansum quidem alteratâ, constat: hæ verò ad Lumen contribuunt sphærulae, X. 12.

Ibidem, nempe, Operum Renati des Cartes, lib. de Meteoris, cap. 9. art. 2. Author nominat particulas materiæ subtilis, quæ sic in orbem & secundum lineam rectam, (art. 3.) & sicut pila refranguntur, itemque, (artic. 2. init.) à Sole atque aliis Sideribus emituntur, X. 13.

Nos verò globulos Lucis undique appellamus, nec in illâ sive Physicâ sive Medicinâ Parte, pro Motu Princípio corporeo significando, alium (alios) assumere necessum haberemus terminum (terminos) quin eundem applicemus ad prima Hæcce (Hoc Motu; Aliud, Quietis) Elementa, vel Hæc illis. Verbi gratiâ, in corpore humano, corpuscula tenuissima, sive Spiritus animales, in-

telli-

telligimus globulos Lucis ; & hinc est Lux interna quām
suprà, textu 7^{mo} de Visu, allegavimus : & vel in Meteoris
eundem adhibemus, hōc Textu X. 4. (4.)

Interstitialia horum globulorum, si alicubi sele mutuō
contingunt immediatiū, uti in radiis Solaribus, Hæc, in-
quām, globulorum Lucis interstitialia, juxta nos, replentur,
non à simili materiā, figurā solummodō quæ differat, sed
ab aliā materialiter diversā, sive ea sit Æther, sive densior
Tenebrarum Substantia : atque ha nc Tenebrarum mā-
teriam intelligimus, ubi **Cartesius** nominat opacum
Meteor. 9. art. 7. p. 813. vel nigrum cap. 6. art. 8. quo loco
grandinem fere nigram decidisse, Iplemet, ceu Epheme-
risticus Observator, asserit ; itemve, ubi soepè laudatus
noster Author nuncupat *Umbram*, loc. cit. cap. 8. art. 8.

X. 14.

Notandum deniqve, Nos Hanc nostram globulorum
Interstitialia replentem Materiam etiam agnoscere subtilem
(præsertim, ubi magis ætherea redditā sit) non autem
globularem, quæ motum & calorem efficit : colorem item
quod attinet, occasione *Meteor.* 8. art. 7. eundem *rubrum*,
non huic materiæ interstitiali, variè quantumvis rotatæ,
sed globulis lucis densioribus referimus acceptum, X. 15.

Nubis partes continentes an dici debeant glacies aut
glaciei flocculi, pilulæ, lamellæ sive folia , XI.

Ætheris notione, juxta mentem **Cartesii** scriptis ejus
expressam, suggeritur quipiam tenebris affine, &c, quia
particulae illius ramosæ ad Motum minus aptæ immedia-
tè constant è striatis, hæ porrò è Materiâ primi elementi
ipsi dictâ , hisce cum duobus figuratenis diversis gene-
ribus illa Ætherea PRO UNA stat materia : globuli autem
coelestes, quia nec in particulas minimas subtilissimas in-
terstitiales, nec in striatas, nec in ramosas æthereas (quod
apud

apud Eum Me legisse meminerim) unqvam mutantur,
pro alterâ merito reputantur , & secundi clementi di-
ci possunt, [cui tamen tertii non debent annumerari, aliâs
eodem jure , æthereæ essent materia' qvarti elementi , &
aliæ magis decompositæ figuræ, qvinti, sexti &c, addendæ
forent] & hi rectius globuli *Lucis* appellantur qvâm cœ-
lestes , (nisi forsan hoc propter rō expansum quo pollut)
atqve tunc , ex aliâ magis genuinâ ratione , secundi Ele-
menti nominantur, qvoniam scilicet, Lux altero & secun-
do Creationis instanti, qvoad primam sui materiam, con-
dita est; Ex qve hâc Materia' (ad expansum qvidem trans-
mutata) est & constat Sol : neqvaqvâm autem, ex illâ pri-
mi elementi materiâ , utpote qvæ facilè in strias & porrò
ramos coalescit , maculasqve sistit , nisi prohibeatur à
globulis ; Ex his nobis intellecūs globulis (qvippe expan-
sis & vicissim densabilibus) minoratis, Calor, vel ab iis-
dem , tanqvam rotundis & ad Motum aptioribus, omnis
velut ab agente , provenit agitatio.

Hæc ita deducuntur è 3. *Principiorum Philosophie*
articulis 98. 99. 100. 112. 113. 148.

Et NB. qvòd **Cartesius** suam materiam primi ele-
menti, formaliter tales (non qvatenùs in strias sibi co-
hæret , aut in ramos sese jungit) nunqvâm appellet æthe-
rem; secùs ac faciunt hodierni Cartesiani aut Eclectici, XII.

Author, hâc in Sectione nobis collatus, uti in *Dioptricâ*
nec non in *Meteoron* expositione, ita vel magis in tractatu
de Passionibus animæ [non Mentis] videri alicui posset
Eclecticus, nisi primo statim articulo id negaret : termi-
nos enim suæ Hypothesios declarativos planè non usur-
pat , nec qvidem eosce qvoad nomen (IX. 8.) vel qvoad
Significationem (X. 10.) mutatos, uti notatis locis de ma-
teriâ, subtili allegavimus: sed , utitur vocabulis & phra-
sibus,

fibis, qvæ aliis Authoribus sunt familiaria , XIII.

Imò , talia videtur assumere , agnoscere atqve fateri
qvæ , per nexus mediatorium & Hypothesium Principia-
tivum , non potuissent deduci aut statui ; pro exemplo lau-
dabilis hujus moris , sit ingenua illa ex generosa confessio-
nya , art. 8. fatetur ignem in corde vitalem XIII. 6.
reficiatur VIII. 4.

Hippocrates Foetūs motum ab igne fieri dixit XIII. II.

* * *

A Literum Hunt, Summaria Partis primæ continentem ,
acut Specialiorem , Prodromum postquam descripsis-
sem , & , pro more in Academiis recepto die 27. Junii , Fa-
cultatis nostræ Decano , respectu debito spectabili , trans-
missem , unā cum Literis , rationem cæpti , nunc ita pro-
ponendi & promovendi ulterius declarantibus ; vijum fu-
it , non solum sequentia ad communicationem directa , sed
etiam , ex modò citatis ad Dn. Med. Fac. Decanum Lite-
ris , bōc loco prius inferere .

Testimonium

Censuræ & Permissionis

Rev. Facultatis Theologicæ,

quod , sub initium mei accessū , de Parte Operis Primæ

[exceptâ saltē Collationis Exegeticæ Sectione duo-

decimâ] à Spectatissimo Ejusdem Decano

obtinui :

R. Fctas Theologica.

Experientissimo DN. D.
GERLINGIO significat,
in

* (30) *

in parte primâ Operis Tripartiti
nihil hæretici, schismatici, im-
probi & scandalosi perfuncto-
riè sibi perlustranti comparu-
isse, in cœteris autem, cùm per
censuram Theologicam Liber
imprimi queat, exspectandum
ipsi liberum eruditî orbis judi-
cium esse.

A. D. HABICHHORST, D.
FCtis Th. Senior hodièque
Decanus.

Dle seq. Dominica, qua erat 2. Julii, publicè affigi eu-
ravi Exemplar prioris Prodromi Typis impressum.

Cum Post-Scripto:

Horum hujus Prodromi Exemplarium transmitti vel
transportari peto (Author)

Duo, Haffniam;

Unum, Londinum Scanorum;

Duo, Upsaliam;

Unum, ad Academiam Finlandie, Abo;

Unum, Parnout, Acad. Livoniae;

Duo, Regiomontum;

Unum,

Unum, Gryphiswaldiam;

Unum, Kilenium:

Idque propter rationem in *Prefatiuncula expressam.*

Sique rescivero, gratam fore communicationem, tunc

Typis pariter divulgitur

Prodromus alter

Continens

Summaria Partis Primæ

Operis Tripartiti

(1.) **Scilicet præter Expositionem Capitis Primi
GENESEOS ANALYTICAM , ceu Principio-
rum Physico - (Medico -) rum Fontem ;**
indèque (quasi deductos Rivulos)

(2.) **Meletemata Physica , unâ cum applicandis
Phœnomenis Experimentis circa (per) Ignum &
Calorem , Meteora , Mineralia**
[hactenus Typis excusa , Susatî
Westphalîæ , anno 1680 .]

(3.) **Etiam DISSERTATIONEM ASTRO-
NOMICAM**

quâ , inter alia , pro fessendo ad relationem Mosaï-
cam mutuò applicabili Mundi Systemate , decernitur de
Magnitudine Solis &c. de Altitudine Firmamenti , &c.
de Materiâ Lunæ ; cui & , ultimò , anno 1699 . ¹³ Se-
ptemberis Visâ Solis Eclipsis , præter duas alias , tres-
que Lunæ unâ cum differentiæ rationibus , insertæ
sunt , nec non , *Textu ejus ultimo* , quoad conciliatum ,
ante biennium , utriusque Styli Calendarium , remon-

stra-

stratur: diversum qvid reperiri à priori, ducto nempe calculo, juxta Astronomis conclusum accuratiorem veluti temporis terminum, quo Sol absolvit suum circulum, nimirū 365. dier. 5. horar. 49. min. & 12. secundarum. Initā computatione, tūm ab Æqinoctio, quando exsīt̄ tempore Concilii Nicæni, tūm qvōqve ab Eclipsi Lunari, qvæ naturaliter accidit tempore Passionis Christi; Aliud & Diversum animadverti à posteriori, videlicet Eclipsam (& hinc Æqinoctiorum Solstitiorumqve) eventu.

(4.) COLLATIONEM EXEGETICAM, Authoritatum, Rationum & S. Scripturæ Locorum,

In XII. Sectiones divisam, qvarum penultimā Conseruntur Aristotelis Nonnulla; ultimā, ipsius Cartesii de rebus Naturalibus
Philosophia
MDCCII.

S.

Posteas qvia non omnibus, quibus hæc Præsentia ad manus forsitan venient, aderit exemplar Prodromi anno 1699. 30. Maij (Stylī veteris, intra decendium mei adventū) dati, atque sub initium sequentis Mensis Typis excusi; Et verò Ratio, cur Academiis circa Mare Balticum [ceū] Septentrionalibus communicare placuerit; ex istius Præfatiuncul jammoddì in publicè affixo Post-Scripro, citata sit: ideo lubet Eandem, uti Et ipsius Discursus apicem coronidemqve hūc (inter et & eo) transcribere.

a
PRO-

PRODROMUS
OPERIS
 TRIPARTITI,
 in gratiam
MEDICINÆ,
 ab Origine NATURÆ Theologicâ usque
 ad PRAXIN individualem,
 concinnati &c.

Pag. 4. Postquam, exactis XXII. & quod excurrit annis,
 Licentiam Docendi Gradumque Medicinæ,
 Lugduni Batavorum, Post Disputationem publicè habi-
 tam, nactus fui, dabatur mihi ansa stimulusque, Scientiæ
 Evidentiam, contrà opinionis Hypothesin, ulterius pro-
 ponendi; prout quòque tunc temporis, intrâ primum
 Neo-Doctoratus triennium, publico Scripto divulgavi,
 deincepsque privatim continuavi, &, finito nunc Opere,
 in animum lumpi, ex hâc illustri ad Varnum Academiâ
 cum Universitatibus Vicinis Circa Mare Balticum Se-
 ptentrionalibus certa tunc PHYSICES generalis tum ME-
 DICINÆ Themata communicare: eum in finem, ut *
 VERITATI absque lite literus, Qvicunque noīmet hu-
 jusmodi Studiorum generi applicavimus. Faveant Bo-
 ni, tueantur Fautores & promoveant Cordati; qvibus
 talibus, quāvis ignotis me commendo, eosque Divinæ
 protectioni committens

Dabam Rostochie
 Anno M DCXCIIX.
 die 20. Maij.

C

AUTHOR.

Pag. 7. Naturam scrutaturo expedit, pensiculatis corporibus particularibus, Universi conditionem exquirere meditatis cogitationibus; haec, necesse est, limitatae sint certo & indubitate Principio, ibi & inde spectato, ubi Rerum Physicarum Primordia recententur à plusquam àutóπτη &c.

è pag. 30. sub fin. (Et seqq.)

Medicus Naturæ deficienti fert luppenias, Naturam ergo in perfectione suā cognoscere præstat, ejusce tūm generalem tūm specialem animo prehendere contemplationem juvat; in generali speciale invenire, per speciale ad Generale ascendere admodum delectat.

PARTE igitur PRIMA,

Res Macrocolmum constituentes exposui, judicium insuper tuli, aliorumque sententias contuli;

PARTE SECUNDA.

Succinctè, Rerum Naturæ habitudinem inter se, itemque ad Corpus humanum, animadvertis; hujus, præternaturalem constitutionem, & restituendi modum, docui:

PARTE TERTIA,

Terminis nonnullis κατὰ τὸ μῆκον κρινόμενον καὶ ἐνδεικπέντε τῶν ἀρχῶν, expositis, usum & Praxeos specimen adjunxi, in plurimis Individuis applicata & diversissimo eventu, Observata.

20. Qvorum qvidem omnium ansam, stimulum & progressum, cùm

in OPERE ipso
recenseantur & cuiilibet ejus Parti, item, uniuscujusque Partis Sectioni subdivisæ, competens atque contenta Rerum & Verborum materia præmittatur, insertis Summariis, nec non, repetatur (præterquam sub finem Partis Primæ,

Primæ, subqve initium Partis tertiae) in Symptomatum Indice aphoristico, præprimis quatenus huic nostræ, Praxeos deducta ad Theoræ Principia & vicissim, applicandi intentioni inserviebant: ideo illorum ipsorum Narrationem hœc Prodromo realsum, foret superfluum; sed hujusmodi, ceu digito præcurrentis nuncii, monstrasse aut saltèm indicasse, sat erit!

AD Qvæstionem deniqve, cur Academiis circa Balthicum Septentrionalibus Hæcce mea communicare decreverim, cum tamen in nullâ earum anteâ studuerim, nec hie Rostochii, aut in viciniâ habeam habuerimqve ullum Mihi meisve Notum? respondeo: In Hâc Mundi regione, ceu propè Axeos partem unam, Me prælumpfisse Ingenia non ita volatilia, ab unâ Opinione ad aliam transvolantia, sed, Sententia sua, super certis & indubitatib[us] Principiis fundatæ, tenaciora; qvibus contribuentibus Unitas & Concordia, in Articulo de Creatione, obtineti, atq[ue] Unica Divina Veritas, per certas, super Problemata, in Physicâ generali occurrentia, determinationes, nexus & cohærentiæ modos, in Refundatos, ipsi probè instructæ Rationi exponi queat.

sive

UTi Diploma Prussico-Brandenburgicum
Societatis Berolinensis fundatorium, habet, ad propagandam (hoc qvòqve in passu) DIVINAM * Veritatem quoad ea[è præsenti negotio] qvæ sciri publicè interest &, paulò post, Hujus modi ceu præcipuam & perpetuam curam inculcat &, paulò ultrà medium, jubet Princeps Elector

anno 1700. XI. Julii,
[qvam Lucem Hicce]

FRI-

(36)
FRIDERICUS III.

Sapientia Divina Radiis maximiè illustratus

obtinuit suam Natalem,

tunc 43^{ta} vice revolutam]

qvo ipso hujus

(qvando hoc adscribebam & communi-
candum dabam)

Septimanæ die,

Diploma illud cum Epistola ad Amicum

à percharâ Manu mihi commodatum

est ad perlustrandum ;

inqvâm,

olim requisitus Hicce Divina

Veritatis Promotor,

nunc [à Die 18^{va} Januarii , anni 1701 , faxit DEUS , diu
& feliciter] Regia Majestate , refulgens , jubet sive
optat : ut in omnibus Disciplinis liberalibus , variis licet
cognatis tamen & affinibus atque à communi Sapientia
Fonte manantibus , expedita justa ac firmissima ratio ea-
rum tradendarum & addiscendarum existat .

Confer alterius hujus Prodromi

Epistolam dedicatoriam ,

eamqve unâ B. Lectori

informatoriam , post medium

Quem optatum in finem præterita fideliter conscri-
psi atqve ulterius , ἀντίτη præsertim Mihi , ob-
venientia Phænomena , Parti primæ , loco convenienti ,
inserere non desino .

Exempli gratiâ Eclipsin Solis , Anno 1699 . $\frac{13}{23}$ Septemb.
Visam , qvâ iplâ , ob æqvalem fermè Lunæ & Solis appa-
rentem Magnitudinem , refutari videbatur nostra Sen-
ten-

tentia, statuens : Solis & Lunæ eandem semper & perpetuò
esse à Centro Terra Distantiam. Qvando nimirūm Lu-
næ apparenter majoris, & Soli fermè æqualis, ratio ex O-
pticis colligenda suppetebat, scilicet, vñus Medium in
tantò obscurius alteratum his è causis cognoscebatur:
distingvendo videlicet Columnam radiorum, à Sole ad
Globum Terraueum directorum, in tres partes, qvarum
una, diametri medium occupans, à duabus lateralibus
corticem quasi constituentibus, qvoad sui contentum,
differt, dupli ratione, ob duplicem, saltē in medio co-
lumnæ radiosæ prætentem, materiam eamqve *materialē*
essentialiter diversam.

Lux est in forma globulorum: Tenebræ, ad expansum
ut plurimūm alterabiles, Ætheris sub nomine, interstitia
Lucis globulorum replentes, luci obseqventes & pelluci-
ditate sua, æqvè ac aër seu aqua expansa, ad lumen con-
tribuentes; aliquando autem, exiliatis & angustatis inter-
stitiis, ad densum ex æthereo sive expanso red-alterabiles,
Lucis motum intricantes & pristinum Tenebrarum mo-
rem opacitatemqve reallumentes, perpendi jugiter de-
bent.

Ex effectu nunc, utpote aëris æstivi solstitialis, Zo-
næque torridæ qualitatibus, animadvertisimus: per partem
Columnæ seu tractus radiosī meditullarem, vel triplo plu-
res Lucis globulos, qvippe minoratos, eosqve triplo ce-
lerius transeuntes, qvām parte undiqvāqve ambiente, eā-
dem licet Diametri mensurā; hinc, centro Disci Solaris,
à Lunæ opaco, intercepto, aër inter Lunam & visum no-
strum triplo obscurior redditur, qvām contingit, Dia-
metri Solaris parte tertiā ambituali interceptā: Si au-
tem sexta solummodo Diametri Solaris pars intercipia-
tur, tunc à copiâ globulorum meditullari defectus iste fa-

cilè restituitur , & Lumen Globo Terraquo affulsum non sentitur (præterquam qvoad rotunditatem Disci Solaris) deminutum ; hòc namque modo , tempore media Eclip-
sēs , anno 1684 . ² Julii circa horam primam pomeridi-
anam mihi visæ , quâ Luna suo Semi - Diametro tertiam
Semi - Diametri Solaris partem eamque ambitualem dele-
bat , ierentati aëris nil qvicquam decedebat .

Est una ratio à parte Lucis , accedit altera à parte Te-
nebrarum : Interstitia Lucis globulorum Medio colu-
mnæ radiosæ tractu immediatius sibi contiguorum , ob-
qve holce minoratos pariter tantò minora , repletur ab
ethero consimiliter exiliore sive densiore , adqve Lucis
motum sufflaminandum & obscuritatem augendam
tantò aptiore ; proindè , hòcce globulorum in radiis Mo-
tu eclipticè sufflaminato , æthereoque circumvicino , ab in-
testino densiore , in obscurius alterato , præstò est Me-
dium Vissus tantò crassius , per qvod , Objectum viden-
dum , sive corpus Lumen Solis intercipiens , tantò qvò-
que majus conspicitur ; Servatā nihilominus eadem in-
ter Terræ Centrum & Lunam , inter Lunam & Solem , Distan-
tiæ : atqve Hoc est , qvod defendendum suscepimus .

REliquo chartæ supplendo ; hactenùs Deductis con-
venienter cogitatur , dicitur & colligitur :

Uti DELUS , secundo Creationis Die , pro Mundi Ha-
bitabilitate , Spatium concessit (juxta Nos) ultrà quam
840ies majus ac erat primo Creationis Die ; nimirūm ,
cum , primo die , Diameter Globi Terraquo , Omnes
Aqvæ sibi junctas & continuas sive contiguas habentis ,
esset circiter 4340. millarium germanicorum , mox deindè ,
die secundo , post factam Aqvatum Supra - Firmamenta-

liu m

Ium, ab Aqvis ponè-terreis Divisionem, Mundi tunc ho-
dièque Diameter, vel Longitudo Axeos bi-polaris fuerit
sitque 1807376. millar, germ.

Ulti, inquam, Creator, altero Die, De (vel Ex) Infinitate Sui, tantò tantò majus Spatium concessit, pro Medio inter-aquo, omnium Elementorum materiā expansa replete, inibique se se moventibus variis Lucis partibus: ita Omnipotentiae Divinæ non fuisset impossibile, Extensionem dictam adhuc septingentesies ampliorem facere, atque Solem millies majorem formare ac est præsens Globus terraqvens.

Quinimò, ipsum Hominem ad imaginem SUI conditum, potuisse Omnipotens adhuc multò majorem fabricare & benedicere in eādem staturā propagandum.

S. Verūm enim verò, si cogitare sufficeret, quid non diceretur possetque proferri: respiciendum autem ad plura, nec statim hæc vel illa, quæ mentem subiit Assertion, vel duntaxat Cogitatio minus circumspecte assumi debet.

Quamvis plures legantur Cæli, non tamen plura sequuntur Firmamenta, & Hoc unicum κατ' ἔξοχην Cœlum dicitur, naturale, astrigerum, quod movetur circa Mundi Axeos (ἄξον) utramque partem, sive circa suos [non Terræ] Polos; &, quanto major concipitur æquinoctialis Circuli longitudo, tantò improbabiliores redduntur Aqvæ Supra-Cælestes, Cœlique Motus ab iisce Aqvis, in ordine causæ secundæ, perpetim ac jugiter continuatus: si autem Rationis humanæ Fidem non mereatur Id, quod Sacra Scripturæ Apex de Rebus Naturalibus refert, cogitet quælo Aliquis, quantum inde oriatur ultioris (quantæ) Diffidentiæ periculum.

**

Rationi aliquousque, in Re hacce ardua, summâ
rac extremâ, exercendæ, explorandi gratiâ, Ejusce
qvid valeant humeri, qvid ferre recusent in hilce Naturæ
Magnalibus; licebit, celerrimum qvendam Motum
conferre Revolutioni Sphæræ Cælestis, & comparare, e-
xempli cauſâ, Motum globuli bombardæ explosi, utpote,
qvi, tempore $\frac{1}{8}$ Minutæ, transit spatium 600. pedum;
ponatur talis celeritatis continuatio & qvaratur, qvan-
tum unius Minutæ; erit 4800. pedum, porrò, quantum
unâ Horâ, scilicet 48800. pedum; horum duo, passum
Sagittariorum, qvatuor (juxta alios, qvinque) geometri-
cum, qvorum mille faciunt Milliare Italicum, horum
qvatuor Germanicum, adeoque, spatium horariorum
48800. pedum, habebit 122000. passus geometricos, &
hi æquivalerunt 30. $\frac{1}{2}$ milliaribus germ.; qvæ, pro tem-
pore Diei naturalis, per 24. multiplicata exhibent 732.
Millaria germ.

At verò, qvid hoc spati est in longitudine Circuli Cœli
medii & maximi, si quidem Diameter Mundi, uti 22. ad 28.,
pro Semi-Circulo infert 1809387. $\frac{7}{11}$ cuius Duplum est
3618775 $\frac{9}{11}$, in qvâ & qvantâ longitudine, illa 732. Millia-
ria 4992. ⁶³¹ses continentur, sive particula aut punctum
Cœli, in regione seu tractu Circuli medii, qvater milli-
es nongentesies nonagesies bis vel ter celerius fertur, in
& cum ipsius Firmamenti circuitu qvam est celeritas in
Terrâ antè persensa: conseqenter, unius horæ tempo-
re, dimetitur spatium 150782. $\frac{7}{24}$ $\frac{3}{268}$ milliar. germ.

In reliquis qvidem tractibus, tropicis videlicet ac cir-
culis

culis polaribus & juxta parallelis, tantò minor est Longitudo quanto minores illisunt, tantaque minor in iis reputatur Cœli Conversionis celeritas, item, in dimidiatâ Altitudine, quanta est Eclipticæ regio, & in Lunæ altitudine fere suboctuplâ, uti minor Longitudo ita minor Celeritas, qvoad Motum Cœli communem, concluditur.

In illa autem Æqvatoris regione, defixis animi oculis intuentes Cœli conversionis Celeritatem, recordamur meritò, qvid è μόρφως habeat qvod legitut: Firmamento fabrefaciendo ipsum DELUM concurrisse, non modò Verbo & Jussu, sed & (qvod singulariter notamus) Facto, seu, admotâ qvâsi manu; in luperqve adhuc, Aqvatarum, præprimis & Supra-Cælestium, superficie hodieqve incubare ipsum DEI Spiritum.

Ethnici, Hæcce ignorantes, qvàmvis tantam Celeritatem animo comprehendere ac ne qvidem cogitare possent, tamen Eandem in Cœli revolutione, Hancqve ipsam, non diffessi fuerunt, uti videre est Collat. exeg. Sect. 4. test. 8. num. 10. 12.

Pudeat ergo nos Christianos, Firmamenti Motum, ab Aqvis incumbentibus, ultrà fermè humanum captum, continuatum, eundem nimirùm moderante ipso DEI Spiritu, vocare in dubium; vel, citrâ Experientiæ & Rationis urgentem necessitatem, tale concipere Mundi Systema, juxta qvod Veritas Verbi dè Hoc revelati vix queat consistere!

Cùm adeò pressè Typis collecta fuerint Præcedentia, ut huic tertiae plagulæ adhuc aliquid spatii supersit, non indecorum erit, adjicere qvædam circa Tenebras, ceu Materiam fundatricem, qvâ mediante, fundamentum Mundi consistit, Columnæ Firmamenti slant incon-

C 5

cussæ,

stantem, adeòq; magis pellucidum, radii solares trajici-
entes, oppositâ seu averrà corporis peregrini parte, loco
umbræ, tractum lucidiorēm sicutunt, ex globulis lucis unā in
hunc congregatis, eumq; pro ampliore circumfusi, tūm
ætheris tenebriosi, tūm terrearum particularum, athmo-
sphærā, longiorem, illāq; deminutā, vel absumptā, pa-
ritè breviorem abbreviatumve; tandemq; Complexu
particularum Stygiarum & ætheris è terræ inanibus pro-
cedentis soluto, disperit Stella: Stygium autem vel alte-
rari potest, & tunc non amplius, cù minùs Contrarium,
à globulis Lucis adeò impetratur, vel aliò in Umbram Terræ
secedere. Motus Cometæ, siab Occasu (sub Ecliptica) ad
Ortum est, debetur globulis Lucis peregrinam Materiam
ità promoventibus; si vergit in Latitudinem Septentrio-
nalem adscribitur ætheri ad strias polares alterabili; si de-
clinat in Latitudinem australem, acceptus refertur ipsi pri-
mi Elementi Materiæ strictè sic dictæ, qvæ versùs austrum
sui similes non-alteratas particulas invenit: hæc de motu
eius proprio dicta sunt; motum Cometa cum cœlo
communem non aliter aguoscit, ac ordinaria Firmamen-
tum exornantia Astra.

Aliàs, eadem stygiæ proprietatis particulæ, id est, in
statu densi constitutæ & ad statum expansi nondum alte-
ratæ, inter aëris ætherisq; sublimia nullum reperiunt lo-
cum, præterquam in tractu umbræ terrestris; atq; hanc
Terræ Umbram, cù indè non pellendam sed fortiorem
qvali & prævalentem, aversantur Planetæ in Solis oppo-
situm lati, dictoq; Umbræ tractui qvotannis appropin-
q; vantes, viâ propemodùm discedunt, videlicet, assumpto
ambitu epicyclico, retrogradi fiunt, donec præterierit
umbræ tenebras ferens: qvâ verò prætergressa, rectam
sui circuli viam paulatim repetunt. Harum, nimirum,

Mar-

cussæ , Qvies Terræ defenditur , ipsique Cælo [qvin ' & Mari] limitatur Motus.

Hæ autem sunt relegendæ , non è loco Privationis Aristotelico , sed , è loco Positionis Genesiaco , collatis Naturæ Constitutione , Vi ac habitudine : Qvippe , ad cœntrum Macrocosmi jam tūm , ante expansionem pro Cælo (æthere aëreque) factam , præsentes Tenebræ ita prævalebant Luci , ut Hæc , nisi Omnipotente manu indè separata fuisset , Motus sui non evasisset compos : statim verò , ac divisa erat , motum suum proprium exercebat . Tenebris locus assignatus legitur ad Centrum , Luci autem latio sua salva magis est ad Circumferentiam : etenim , sub Firmamento , ejusque præsertim mediâ altitudine , Lucis motus activè talis obtinet magis excellenter ; uti contrà super abyssum , tenebræ Quietem sui , ipsique Terræ , defendant inexpugnabiliter , intellige , qvoad univerlam Terram , sive globum terraqueum : nam qvoad particularia in Terræ interioribus loca , sciendum est , iſſe non nullis contineri Mobile , transitumque permitti tūm Aquæ , è Maris profundo qvæ ad fontium & fluviorum scaturigines reddit per occultos meatus ; tūm ætheri , qui vehementer agitatus agitansque efficit Terræ-motus , minùs vehementer alicubi transhalans Metallicidis venit nomine Tempestatis .

Terræ qvippe locis olim inanibus inditus *Aether* , subterraneus indè dictus , ita , calore vel alio succedaneo instigatur ad Motum & sursum . [ubi Expansi , sui similis , locus est] tendentiam ; qui & aliquando , partes suæ materiae stygias (non-expansas) unâ secum in sublime ferens ibique iſſcum conglomeratus , impetratur à Lucis globulis , existitque *Cometa* ; cuius dictum glomus , ex æthere subterraneo tenuiore , ac circumfusus nocturnus est , constantem,

Martis, Jovis & Saturni retrogradationum ratio evidens
alia dari nequit, quām hæc Terra Umbra, ad progressum
Solis annum pariter per Eclipticæ Oppositum progre-
diens, & nunc pluribus nunc paucioribus tenebrarum
particulis prædicta.

Adeòque, tenebrarum partes in sublimi fixum nullibi
reperiunt locum, sed saltēm infrā globi terraqve super-
ficiem; Unde videlicet per Mundi Diametrum & ultrā
Globi terraqve Superficiem, per aërem & superiorem O-
lympum utrinque protenæ, Polos constituunt ipse non
amplius tenebræ, sed in ætherem striatum striantemqve
mutatae; ad qvos qvidem Polos ipse qvoqve Motorum
naturalium Primus & Præcipuus, nempe Sol, stringendo
fermè [ad striarum latè circa Polos dispersarum ambi-
tum] allidens repellitur & revertitur.

Præterqām in tractum hunc Orbis diametralem, et
iam ad alia ab Hōc divergentia loca, è medio & imo Ter-
ræ, prostant tenebrae, verūm non ita rigidæ horridæ, e-
scilicet, qvaqvaversum per telluris aquarumqve ponē-ter-
restrium molem, eqvidem solūm ad superficiem Globi
terraqve, aliquā sui rigiditate flexili tamen, pertingentes;
& hinc causa existit fluxus & refluxus Maris, addenda illi
qvam Verulamus ponit, scilicet: qvōd Aqvæ Maris, Mo-
tum Aquarum Supra-Cælestium imitaturæ, vergant qvi-
dem ab Oriente ad Occasum, sed retrovertantur (addi-
mus) inde, qvōd, horripilatim per Mare prostantibus
Tenebrarum filamentis, pondere aquarum qvidem pres-
sis & flexis, sed propria, ex Denso sui, vi se se recipientibus
in erectum, fluxus retro versetur in contrarios terminos;
& Hæc ab Imo causa æque perpetua est ac Illa à Summo
petita, utraqve autem à vento & frigore juvari potest, præ-
fertim autem Hæc à certa Phasi Lunæ, ceu tenebrarum
præ-

Præsidis, dum tempore Novilunii altius prostante concipiuntur filamenta, & Plenilunii tempore intrâ Maris superficiem concentratoria, adeoque pariter fortiora; etiamque, vere ac autumno experiuntur majores inundationes, propter uberiorem aquarum copiam.

Quod verò uni Terræ loco & littori major & constantior adsit fluxus & refluxus, quam alii, id ex situ & viciniâ deducendum, videtur, exempli gratia: Ostium Albis notabilem patitur exundationis & subsidentia vicissitudinem, quam Visurgis, indè, quod litus Cherlonensis Cimbricæ Occidentale, ex plagâ Occidentis Septentri- nali in Orientis australi, obliquè climati convergens, situm sit; unde, ex Occidente rediens impetus, juxta dictum litus ad ostium Albis affluentius colligitur: cum, vicissim, motu aëris Ordinario & fluvio permagno advectis aquis, ab Oriente ad Occasum impulsus esset fluxus, tenebrarum filamentis, quanto magis compressis, eò magis densis, & eò fortius in erectum sese recipientibus atque ulterius lapsurum aquarum pondus retrahentibus.

Quam quidem rationem, alii, quæ Ebullitionem Maris statuit, præferimus, ideò, quod, ubi aliquid ebullit, ibi ad omnes contenti oras æqualiter & simul assurgit: hic verò secùs, &c, successivè ad fluit, videlicet Stadæ bihorio citius quam Hamburgi; quamvis ad hoc dicere quis possit: Ebullitionem fieri, non intrâ alveum fluminis, sed intrâ profundum Maris; iterum tamen implicat, quod Extusationis intrâ diem naturalem bis iterandæ nullam videamus caufam.

Hæ per aquam maris prostantes tenebrae Lucis quodque globulos sibi retinent noctu, igneumque sic colorem representant; quin & calorem præ le ferrent, nisi ab aëre (non denso, sed) expanso prohiberetur, quod minus ex-

terius adhærentes globuli ad, vel in, atomos igneas concentrentur: interius autem hæ tales inclusæ Salis partem constituunt.

Ignis è lucis partibus modificatus &, qvoad sui materiam, in certa Mixta concretus, si quando solutus fuerit, tendit sursum (èque Densio sui in sui Expansum.) Æther, è tenebris in sublimè latis inque expansum alteratis consistens, non prohibente Contrario, vel Naturæ naturantis ordine statuto, retendit à circumferentia & sublimi ad Centrum & profundum (à dis-unito & dis-gregato ad unitum & Densum)

Ad hunc Mundi locum, veluti sibi domesticum, tendentes illæ tenebrarum partes, qvæ à Contrario sursum movente indè fuerunt dimotæ, data retendendi ansa, vehementer ipsæ disunitæ ad sui unitum nituntur, documento certorum Experimentorum: idqve propria luna & activa inclinatione, differente qvidem deorsum-tendentia vi, propter diverlam indolem, qvæ existit ratione locorum tum Polo tum Abysso sive centro priorum; hinc, materiæ hujus particulae, præ se ferentes profundioris loci proprietatem, ab hac ipsa non alterata, Naturæ atqve Motus Principio tantò magis contrariae sunt, & occultæ malignæ qualitatis audiunt; aliasve, in Mixtis, salibus profundioris pariter Originis, v. g. in Vitriolo, per vim ignis atomosqve igneas disunitæ per æquilibrium quasi servatae, ex disunito fortiter agunt tendendo, penetrando corrodendo: prout in Aqvis Stygiis indè dictis Fortibus videre est.

Hæc Materia magis Stygia, in Vegetabilibus & Mineralibus, venenum est; hæc, aliquatenus stygia, vim acrem purgantem exerit; hæc non-alterata obtinetur in Antimonia, terræ expansæ ætherique sociata, à quibus vix separatur

ratur calcinatione & transfusione, regulo qvippe adhuc
præsens est emetica: saltem per nitrum insigne alterabili.
Ils est, nigroqve ejus dispereunte, terra alba eonspicitur
evaditqve allevans corpori medicamentum. Eadem hæc
materia, eaque *συγιστάη* inest Hydrargyro, junctum
sibi habens ætherem sublimiorem, nullo intermedio mix-
tum; adeoqve in hoc metallo imperfecte mixto varia-
notari potest mutatio.

Eadem Materia, ipsi Terræ alijs domestica, ad terras
medicamentosas colligitur, hisce, ceu suo elemento, lese
jungens, atqve sic è corpore eliminatur; ut qvoqve Va-
riarum Præcipitationum illa redditur ratio, qvod acre u-
num alteri corpori, sibi magis simili, lese jungat, & deserat
aliud qvod prius solverat.

Corpori autem humano inest tum naturaliter una/constitutiva
cum præternaturaliter & afflictiva; eaque Hæc, vel intrâ corpus
assumitur, ut Medicamentum, ut Venenum: Velintus genera-
tur, per terrorem subitum mœroremve diuturnum. Atqve hæc
doctrina dilucidari potest ex Rerum extrâ Corpus nostrum con-
sistentium dentitate ac Diversitate cum partibus corporis consti-
tutivis; ut namqve Luci & Spiritibus animalibus intercedit iden-
titas tam ratione formæ (qvoad nempe illius expansæ particulas
globulares:) ita Ætheri sive parti tenebrarum expansæ & generis
nervoso intercedit Identitas tam ratione formæ quam ratione ma-
teriae; tenebris autem stygiis & nervis est saltem identitas materiae,
etiamqve, Venenum, ex illis maximè talibus constans, facile lese
hisce insinuat & convulsiones inducit.

Enimvero, ecce! Spatiū fermè repletum est, proinde-
que hujusmodi plura Secundam Tertiamque Operis Partem
attingentia, Hac ipsa excludi se
patiantur.



Ad

Ad

**Nobilissimum, Pietate, Candore, eruditione
atque experientia valde conspicuum VIRUM,**

DN. GERHARDUM GERLINGIUM,

Med. D. & Practicum h̄ic optimum,

**Cum ille alterum operis sui Tripartiti PRODRO.
MILM, in gratiam Medicinae concinnatum, mibi ante
publicationem communicaret.**

QVid scribam, mihi cum ~~sc̄d̄ḡm̄o~~, VIR-
AMICE, legendum
Das? Ait is: DIGNUS † qvi LIGER
atqve legar.

Tuqve (qvod addo) VIR es DIGNUS
qvem florida porrò
Vincla * LIGENT, & mox OBLIGET
omnis amor.

D. GERLINGIUS: DIGNUS LIGER.

* *Vinculum Poëtis non raro pro corona,
utib. l. ponitur. Seneca in Medea v. 70.
Præcingens roseo tempora vinculo.*


L.M.Q.
A.D. HABICH HORST, D.

FCtis Th. & totius Acad.
Senior.



p. 32.

p. 47.



the scale towards document

7) *

sione, regulo qvippe adhuc per nitrum insigne alterabili-
ente, terra alba conspicitur
medicamentum. Eadem hæc
inest Hydrargyro, junctum
prem, nullo intermedio mix-
tuo imperfekte mixto varia-

ræ alias domestica, ad terras
hisce, ceu suo elemento, lese
e eliminatur; uti qvoqve Va-
reditur ratio, qvod acre u-
is simili, lese jungat, & deserat

tum naturaliter una constitutiva
iva; eaqve Hæc, vel intrà corpus
, ut Venenum: Velintus genera-
remve diuturnum. Atqve hæc
erum extrà Corpus nostrum con-
state cum partibus corporis consti-
tutibus animalibus intercedit iden-
tis nempe illius expansæ particulas
arti tenebrarum expansæ & generi
ratione formæ quam ratione ma-
nervis est saltem identitas materiae,
aximè talibus constans, facilè lese
inducit.

a fermè repletum est, proinda-
lam Tertiamque Operie Partem
hæc ipsa excludi se-
ntur.

Ad